Cervus aliquando timens sibi a venatoribus fugit in antrum, ingressusque ad eum est Leo, ac dilaceravit eum; dixitque secum: Væ mihi misero, qui ab hominibus fugi, & incidi in manum ejus qui vehementiori illis est robore.

Hoc significat

Eum qui fugit præ timore parvo, incidere in infortunium magnum.

NOTÆ.

Secum] *Arab.* in anima sua, *idest*, apud se.

Manum] *idest*, potestatem, *ut in aliis linguis*.

غزال و ثعلب

غزال مرة عطش فجاء الى عين ماء
يشرب وكان الماء في جب عميق ثم
انه لما رام على الطلوع لم يقدر فنظر الثعلب
فقال له يا اخي اسيت في فعلك اذ
لم تميز طلوعك قبل نزولك *

هذا معناه

الذي ينزل الى اسفل البحر ولا
يعرف يعوم حتى الى فوق وجهه الماء *

Cervus & Vulpes.

Cervus aliquando cum sitiret venit ad fontem aquæ, ut biberet: erat autem aqua in puteo profundo, unde cum ille deinde conaretur ascendere, non potuit. Viditque eum Vulpes, & dixit ei: O frater mi, fecisti male, quod non perpenderis ascensum tuum ante descensum tuum.

Hoc significat

Hominem, qui descendit in imum maris neque scit natare, donec super facie ejus sit aqua.

NOTÆ.

Fecisti male] *ad verbum*, deliquisti in actione tua.

Significat hominem] *idest*, fabula est in hominem: *& sic post aliquoties, cum videlicet Accusativum non sequitur Infinitivus*.

ارانب و ثعالب

النسور مرة وقع بينهم و بين الارانب حرب فمضوا الارانب الى الثعالب يسومون منهم الحلف و المعاضدة على النسور فقالوا لهم لولا عرفناكم و نعلم لمن تحاربون لفعلنا ذلــــــــــــك *

هذا معناه

ان سبيل الانسان لا يحارب لمن هو اشد باسامنه *

LEPORES & VULPES.

Ortum aliquando inter Aquilas, & Lepores est bellum: abieruntque Lepores ad Vulpes, petentes ab iis contrarietatem & resistentiam contra Aquilas. At dixerunt eis: Nisi novissemus vos, & sciremus quibuscum bellum geritis, utique faceremus illud.

Hoc significat

Non decere hominem ut cum eo belligeret, qui plus ipso virtute pollet.

ارنب و لبوة

ارنب مرة عبر على لبوة قايلا انا انتج في كل سنة اولادا كثيرة وانت انما تلدين في كل عمرك واحدا او اثنين فقالت له اللبوة صدقت غير انه و ان كان واحدا فهو سبعة ✲

هذا معناه

ان ولدا واحدا مباركا خير من

اولادِ كثيرة عاجزين *

LEPUS & LEÆNA.

Lepus aliquando adorsus est Leænam : dicens : Pario ego singulis annis complures filios ; tu autem tota tua ætate solummodo unum , aut duos. Dixit ei Leæna : Credo : sed ille licet unus sit , septem valet .

Hoc significat

Quod filius unus probus præstat pluribus ignavis .

NOTÆ.

Valet] *Arab.* est septem.
Probus] *Proprie* benedictus.

امراة و دجاجة

امراة كان لها دجاجة تبيض في
كل يوم بيضة فضة فقالت الامراة في
نفسها ان انا كثرت علفها تبيض
بيضتين فلما كثر علفها تشقت حوصلتها

* خسـان *

هذا معناه

ان ناسا كثيرا بسبب ربح كثير
يهلكون راس مالهم *

MULIER & GALLINA.

Mulieri cuidam erat Gallina singulis diebus ovum pariens argenteum. Dixitque Mulier secum: si multiplicavero cibum ejus, pariet ova bina. Ut autem cibum ejus auxit, rupta est ingluvies ejus, & mortua est.

Significat hoc

Multos homines quæstus multi causa perdere caput opum suarum.

NOTÆ.

Caput opum *id est, quod Arabes uno verbo dicunt* بضاعة *id est, summa principalis quæ fænori exponitur.*

بعوضة و ثور

بعوضة يعني ناموسة وقفت على

d

قرن ثور فظنت أنها قد ثلقت عليه فقالت
له ان كنت قد تقلت عليك اعلمنى حتى
اطير عنك فقال الثور يا هـذا ما شعرت
لمن نزلت ولا ادري لمن ضررت *

هذا معناه

من يطلب ان يجعل له ذكرا و
مجدا وهو ضعيف حقير *

Culex & Taurus.

Culex, qui & Bauda (Arabicè) dicitur, stetit super cornu Tauri, ac arbitratus est se oneri ei esse, dixitque ei: Si oneri tibi sum, dic id mihi, ut a te avolem. Respondit ei Taurus: O tu, non animadverti in quem descenderis, neque scio cui noceas.

Hoc significat.

Hominem, qui quærit sibi ponere famam & gloriam, cum debilis sit & contemptibilis.

إنسان و الموت

انسان مرة حمل جرزة حطب فثقلت
عليه فلما أعيا و ضجر من حملها رمى
بها عن كتفه ودعا على روحه بالموت
فشخص له قايلا هو ذا أنا لماذا دعوتني
فقال له الانسان دعوتك لترفع هذه جرزة
الحطب على كتفي *

هذا معناه

ان العالم باسره يحب الحياة الدنيا و
ما يمل من الضعف و الشقاء *

Homo & Mors.

Homo aliquando ferebat fascem lignorum, qui gravabat eum: cumque lassus factus esset, tædioque afficeretur gestationis ejus, abjecit eum ab humero suo, vocavitque ad se mortem; quę se coram eo stitit, dicens: Ecce mę: cur me vocavisti? Respondit ei Homo: Vocavi te ut fascem hunc lignorum superimponeres humero meo.

Hoc significat

Quod universus mundus vitam diligit mundanam, neque lassatur infirmitate & miseria.

بسنانى

بسنانى يوما كان ينقى البقل
فقيل له لماذا البقل البري بهى المنظر
وهو غير مخدوم قال البستانى تربيه
امه و هذا تربيه امراة ابيه *
هذا معناه
ان تربي الام للاولاد افضل من تربى
امراة الاب *

HORTULANUS.

Hortulanus aliquando cum herbas purgaret [a zizaniis] dictum ei fuit: Cur herba silvestris aspectu est speciosa, cum non colatur? Respondit Hortulanus: Educat eam mater ejus: at hęc a noverca sua educatur.

Hoc ſignificat

Preſtantiorem eſse educationem matris, quam novercæ.

NOTÆ.

Noverca] *ad verbum* Uxor patris, *phraſi Hebraica: nam uno alioqui vocabulo* Noverca *Arabibus dicitur* رابة.

انسان و صنم

انسان كان له صنم في بيته يعبده و كان يذبح له في كل يوم ذبيحة فافنى جميع ما يملكه على ذلك الصنم فشخص له قايلا لا تفن مالك على ثم تلومني لاله اخر *

هذا معناه

من نفق ماله في الخطية ثم يحتج ان الله افقره *

HOMO & IDOLUM.

Erat homini cuidam Idolum domi ſuæ

quod colebat, & cui quotidie sacrificabat sacrificium, consumpsitque omne id, quod possidebat propter Idolum illud: quod se coram eo sistens, dixit: Ne consume opes tuas propter me, & me deinde culpa apud Deum alium.

Hoc ſignificat

Eum, qui facultates suas erogat in peccato, & deinde queritur quod Deus ipsum pauperem fecerit.

انسان اسود

انسان مرة راي رجلا اسود وهو
واقف في الماء يستحم فقال له يا اخى
لا تعكر النهر فانك لا تستطيع البياض
و لا تقدر عليه ابد الدهر *
هذا معناه
ان المطبوع لا يغير طبعه *

HOMO NIGER.

Vidit quidam aliquando hominem nigrum, qui in acqua stabat sese lavans;

dixitque ei : O Frater mi, ne turba fluvium ; non enim potes albescere, nec albitudinem acquirere in æternum.

Hoc ſignificat

Quod a natura quid habens, non mutat naturam suam.

N O T Æ.

Non enim potes] *Arabiſmum hunc Latinus ſermo non admittit : ſic ſonat ad verbum.* Non potes albescentiam, neque valebis super ea in æternitatem seculi.

انسان و فرس

انسان كان يركب فرسا و كانت
حاملة و فيما هو في بعض الطريق انتجت
ابنا فتبع امه غير بعيد ثم وقف و قال
لصاحبه يا سيدي تراني صغيرا ولا استطيع
المشي ومضيت وتركتني هاهنا فهلكت
و ان انت اخذتني معك و ربيتني الى
ان اقوي فحملتك على ظهري و اوصلتك

سريعا الى حيث تشاء *

هذا معناه

انه يجب ان يشد المعروف لاهله ومستحقيه ولا يطرحوه *

HOMO & HINNULUS.

Homo quidam vehebatur equa, quę gravida erat: cumque in via quadam esset, peperit filium, qui sequutus est Matrem suam non longe: deinde substitit, dixitque Domino suo: O Domine mi, vides me parvum esse, neque posse incedere: si itaque abieris & reliqueris me hîc, peribo: at si acceperis me tecum, & educaveris me, donec robustus fiam, feram ego te super dorso meo, & perducam te celeriter, quocunque voles.

Hoc significat

Oportere, ut res quælibet nobilis populum suum, & qui ea digni sunt, molestia afficiat, neque abijciant eam.

NOTÆ.

Equa] *Miror hic* فرس *fœmininè usur-*

pari ; *alioqui* رمك *propriè* equam *significat* .

Gravida] حامل *in fœminino ponitur genere*, *ut* عاقر sterilis *paſſim in* Alkorano.

Via quadam] *ut ſupra* spelunca quædam : *vel*, in partem aliquam viæ . *id eſt* , *cum aliquouſque progreſſus eſſet* .

Et si abieris] *Arabice* Abieris , *per ellipſin voculæ* si, *quæ Turcis eſt uſitatiſſima.*

Res nobilis] معروف *eſt* notus , cognitus , *item* , iustus , æquus . *Hic rem præſtantia celebrem* , *&* *omnibus notam ſignificat* , *quam* *&* *nos* nobilem *dicimus*.

انسان و خنزير

انسان مرة حمل على بهيمة كبش
و عنز و خنزير وتوجه الى المدينة ليبيع
الجميع فالكبش و العنز فلم يكونوا
يضربان على البهيمة و اما الخنزير
فانه كان يعرض دايما و لا يهدي
فقال له الانسان يا اشر الوحوش لماذا
الكبش و التيس سكوت لا يضربان

و اذن لا تهدي و لا تستقر قال له الخنزير
كل واحد يعلم نفسه انا اعلم ان
الكبش لصوفه و العنز يطلب للبنها و
انا الشقى لا صوف لى و لا لبن انا
عند وصولى الى المدينة ارسل الى
المسلخ لا محالة *

هذا معناه

ان الذين يعرفون في الخطايا و
الذنوب التى قدمت ايديهم يعلمون سوء
منقلبهم اذا تكون اخرتهم *

HOMO & PORCUS.

Homo aliquando portabat super jumento agnum, caprum, & Porcum, abiitque in civitatem, ut ea omnia venderet. Agnus autem & Caper non percutiebant jumentum: at Porcus continuè repugnabat, neque quiescebat: dixitque ei Homo: O pessimum animalium, quare agnus & caper silent, nec percutiunt: tu autem non quiescis, nec tranquillus

es? Dixit ei Porcus: Unusquisque novit seipsum: ego scio quod Agnus ob lanam, Capra autem ob lac quæratur. At ego miser, non est lana mihi, neque lac; cum in urbem venero, mittar proculdubio in carnificinam.

Hoc significat

Eos, qui noverunt peccata & delicta, quæ manus eorum commiserunt, agnoscere pravitatem conversationis suæ, cum finis eorum instat.

NOTÆ.

Animalium] وحوش *propriè significat feras*.

سلحفة و أرنب

سلحفة و أرنب مرة تسابقوا و
جعلوا الحد بينهما الجبل يستبقان اليه
اما الارنب لاجل دقته و خفته وجربه
توانى في الطريق ونام واما السلحفة
فلعلها ثقل طبيعتها لم تكن تستقر و
لا تتوانى في الجري فوصل الى الجبل

عند ما استيقظ الارنب مـــن نومه فوجد السلحفة قد سبقت فندم حين لا تنفعه الندامـة *

هذا معناه

ان اذا كانا اثنان في حرب فكان الواحد ضعيفا و الاخـــر قوي فالضعيف لم ينم من خوفه على نفسه تيرباق ان الضعيف ظفر بالقوي لحسب توانيــه و يعود يندم حين لا تنفعه الندامة *

TESTUDO & LEPUS.

Testudo & Lepus certarunt aliquando uter alterum anteverteret, & posuerunt inter se terminum montem, ad quem certatim contenderent. Lepus autem ob subtilitatem, levitatem, & experientiam suam tardavit in via, & dormivit: sed testudo, quod sciret gravitatem naturæ suæ, non quievit, nec tardavit in cursu, venitque ad montem, cum expergisceretur Lepus a somno suo; invenitque Testudinem quæ anteverterat eum. Pœnituitque

ipsum, ubi non profuit pœnitentia.

Hoc significat

Quod, cum duo sunt in certamine, quorum alter est debilis alter fortis, debilisque non dormit, quod timeat sibi, sæpe contingat, ut debilis fortem vincat, propter negligentiam hujus, abitque pœnitens, ubi non prodest ei pœnitentia.

ذيب

ذيب مرة اخـتطف خنوصـا صغيرا
وفيما هو ذاهب به لقيه الاسد فاخذه منه
فقال الذيب في نفسه أعجب كيف
شيء اغتصبته لا يثبت معي *
هذا معناه
ان ما يكسب من الظلم لا يقيم مع
صاحبه و ان هو قام معه فلا يتهنى به *

LUPUS.

Lupus aliquando porcellum rapuit parvum, & auferenti illud occurrit Leo, qui id ei eripuit: dixitque Lupus apud se:

Miror ego quomodo res quam rapui non maneat mecum.

Hoc significat

Id, quod per nefas acquiritur, non permanere cum domino suo: &, si maneat, illum non beari eo.

NOTÆ.

Auferenti illud] *ad verbum* cum abiret cum eo. *Arabismus*.

العوسج

العوسج قال مرة للبستانى لو ان
لى من يهتم بى وينصبنى في وسط
البستان ويسقينى و يخدمنى لكانوا
الملوك يشتهوننى و ينظرون زهري وثمرى
فاخذه و نصبه في وسط البستان في
اجود الارض و كان يسقيه في كل
يوم دفعتين ففشي و قوي شوكه و
افرعته و اغصانه على جميع الشجر التى
حوله فاملت عروقه في الارض وامتلا

البستان منه و من كثرة شوكه ولم يكن احد ان يستطيع ان يتقدم اليه *

هذا معناه

من يجاور انسان سوء فانه كلما اكرمته كثرت شروره و تمرد و كلما احسنت اليه اسي الفعل معك *

RUBUS.

Rubus dixit aliquando Hortulano : Si mihi esset quispiam qui curam mei gereret, meque plantaret in medio horti, & irrigaret me, & coleret me; utique Reges desiderarent me, & aspicerent florem meum, & fructum meum. Unde accepit eum, plantavitque in medio horti, in optimo terræ, irrigavitque eum bis in die, ac invaluerunt spinæ ejus, & germina ac rami ejus supra omnes arbores quæ circum ipsum erant; & operuerunt folia ejus terram, & impletus est hortus ab eo, & multitudine spinarum ejus : neque potuit quisquam accedere ad eum.

Hoc significat

Eum, qui conversatur cum homine malo: hunc enim quotiescunque honoras, multiplicantur malitiæ ejus, & rebellis est, & quotiescunque bene facis ei, male facit tibi.

اسود

اسود في يوم نزع ثيابه واقبل ياخذ الثلج و يعرك به جسمه فقيل له لماذا تعرك جسمك بالثلج فقال لعلي ابيض فاتى رجل حكيم قال له يا هذا لا تتعب نفسك فقد يمكن ان جسمك يسود الثلج و هو لا يرتد السواد *

هذا معناه

ان الشرير يقدر ان يفسد الخير و اما لا يقدر احد على اصلاح الشرير *

Niger.

Niger die quodam exuit vestes suas, incepitque accipere nivem, eaque corpus

suum fricare. Dictum autem ei fuit: Quare fricas corpus tuum nive? Ait ille: Fortassis albescam. Venitque Vir quidam sapiens, qui dixit ei: O tu ne afflige te ipsum: fieri enim potest, ut corpus tuum nigram faciat nivem, neque ipsum amittat nigredinem.

Hoc significat

Quod malus potest corrumpere bonum; sed nemo potest emendare malum:

NOTÆ.

O tu] *Ad verbum*, O hic. *Græci*, ὦ ὗτος.

خنفقة و نحلة

خنفقة مرة قالت لنحلة العسل لو
اخذتنى معك لعملت عسلا مثلك و
اكثر فاجابتها النحلة الى ذلك فلما لم
يقدر على مثل ذلك ضربتها النحلة
بحمالها فيما هى تموت قالت فى نفسها
لقد استوجبت ما نالنى من السواء ولا

يمكن لي عمل الزفن لماذا الشمس عمل
العسل *

هذا معناه

ان ناسا كثيرا يخطون انفسهم
باشيا كثيرة و يدعون انهم بها خبيرين
فعند ما كشفوا عليها قولهم كذب
فيكافوا على قدر فعلهم *

ARANEA & APES.

Aranea aliquando dixit Api melliferæ. Si me tecum sumeres, facerem ego mel sicuti tu, & plus eo. Auscultavit ei Apes, cum autem non posset simile quid facere, feriit eam Apes aculeo suo, unde mortua est, dicens apud se: Digna certe ego sum malo hoc, quod mihi evenit. Cum non possim facere picem, cur volui mel facere?

Hoc ſignificat

Homines multos immiscere se rebus multis, quarum se existimant esse peritos, cumque eas aggrediuntur, sermo eorum est mendax, & accipiunt præmia digna opere suo.

صبى

صبى مرة رمى نفسه في نهر ماء
ولم يكن يعرف يسبح فاشرف على الغرق
فاستعان برجل عابر في الطريق فاقبل
اليه و جعل يلومه على نزوله الى النهر
فقال له الصبى يا هذا خلصني اولا من
الموت وبعد ذلك لومني *

هذا معناه

ان اذا وقع صديقك في شدة نجه
و خلصه و فيما بعد لومه فيكون
احسن جميل *

P U E R.

Puer aliquando conjecit se in fluvium aquæ, neque natare sciebat, parumque aberat quin suffocaretur, & opem imploravit viri cujusdam in via transeuntis: qui accedens ad eum, cœpit eum objurgare, quod in fluvium descendisset. Dixitque ei puer: O tu libera me primum

a morte : & deinde coargue me.

Hoc ſignificat

Quod, cum amicus tuus incidit in calamitatem aliquam, liberare eum primum debes, & salvare, deinde vero arguere, eritque longe melior.

NOTÆ.

Liberare debes, &c.] *ad verbum*. Libera eum, &c.

Longe melior.] *Arabicè*, optimus honesti, *ſeu* decori, *vel neutraliter*, optimum decori; *ideſt*, longè convenientius.

صبى و جرادة

صبى في مرة كان يصيد الجراد فنظر عقربا فظن انها جرادة كبيرة فمد يده لياخذها ثم تبعد عنها فقالت له لو انك قبضتنى في يدك فخليت عن صيد الجراد *

هذا معناه

ان سبيل الانسان ان يميز الخير

من الشرّ يدبر لكل شى تدبيرا على حدّه *

Puer & Scorpio.

Puer aliquando venabatur locustas: viditque Scorpionem, quem putavit Locustam esse magnam; extenditque manum suam, ut eum caperet: at deinde recessit ab eo. Dixitque ei: Si prehendisses me manu tua, abstinuisses a venatione Locustarum.

Hoc significat

Quod oportet hominem distinguere bonum a malo, & rem omnem tractare convenienter naturæ suæ.

NOTÆ.

Convenienter naturæ suæ] *ad verbum.* Secundum terminum, normam *aut* definitionem suam.

حمامة

حمامة مرة عطشت فاتبلت تحوم

على حايط في طلب الماء فنظرت على
حايط صحفة مملوة ماء فطارت بسرعة
و ضربت نفسها الى تلك الصورة فانشقت
حوصلتها فقالت الويل لى انا الشقية
لانى اسرعت في طلب الماء واهلكت
روحي *

هذا معناه

ان التبد و التوانى على الاشيا اخير
من المبادرة و المسارعة اليها *

COLUMBA.

Columba aliquando sitiens cœpit vagari circa parietem, quærens aquam: viditque in pariete scutellam aqua plenam, & volavit celeriter, allisitque se ad illam picturam, ita ut ingluvies ejus rumperetur. Dixitque: Væ mihi miseræ: quæ festinavi in aquæ petitione, & me ipsam perdidi.

Hoc significat

Quod tarditas, & mora in rebus præstat festinatione, & celeritate.

قط

قـــط مرة دخل الى دكان حــداد فاصاب المبرد المرمى فاقبل يلحسه بلسانه و لسانه يسيل منــه الدم وهو يبلعه و يظن انه من المبرد الى ان فـــنى لسانه و مات *

هذا معناه

ان من ينفق مالــه بغير الواجب ثم لم يحسن حتى يفلس وهــو لا يعلم و ايضا الخطيــة حلوة و صاحبه يتلذذ فيها وهو لا يعلم انها نقص ـــ في عمره و ذلك من جملــة الجهل الاكبر *

Felis.

Felis aliquando ingressa est officinam fabri ferrarii, invenitque limam candentem, eamque cœpit lingere lingua sua, ita ut a lingua ejus manaret sanguis, quem ipsa deglutiens putavit a lima esse, donec lin-

gua ejus deficeret, & ipsa extingueretur.

Hoc significat

Eum, qui erogat facultates suas sine necessitate, neque sese emendat, donec exhaustus sit, neque id animadvertit. Est autem peccatum hoc dulce, & auctor ejus delectatur eo, ignorans ipsum detrahere vitæ suæ: quæ certe stultitia maxima est.

NOTÆ.

Exhaustus] فلس *est* non habere pecuniam.

Stultitia maxima] *ad verbum*, e summa maximæ stultitiæ.

حداد و كلب

حداد كان له كلب و كان
لا يزال نايما مـــا دام الحداد يعمل شغل
فاذا رفع العمل و جلس هـــو واصحابـــه
لياكله خبزا استيقظ الكلب فقالـــ
الحداد يا كلب السو لاي سبب صوت
المربات الذي يزعزع الارض لا يوقظك و

صــوت المضغ الخفى اذا انـــس سمعه و
استيقـــــظـــــن *

هذا مغناه

ان الانسان اذا سمـــع الصــلاة و
الوعظ ينام و من يسمع الطبل و الزمر
و الغنا يجــري خلفه فذلك مـــن جملة
الجهل الاكبر * و ايضا من يسمع ما لا
يصلح شانه و يتغافل عما فيه منفعة *

FABER & CANIS.

Fabro cuidam erat Canis, qui non desinebat dormire quamdiu faber laborabat, cumque opus intermitteret, & sederet ipse cum sociis suis, ut cibum sumerent, evigilabat canis. Unde dixit ei Faber: O pessime Canis, quam ob causam sonitus malleorum, qui terram concutit, non excitat te? sonum autem masticationis obscurum ecce audivisti & evigilasti.

Hoc significat

Dormire hominem, cum audit precationem & institutionem; post cum autem

currere, qui tympanum, cantum, & vanitatem profert: quæ certè stultitia maxima est. Item: eum, qui auscultat id quo non corrigitur indoles ejus: negligit verò id quod utile est.

NOTÆ.

Profert] يسمع *est* audiri facit.
Item و] *supple*, significat hæc fabula.

كلاب و ثعلب

كلاب مرة اصابوا جلد سبع فاقبلوا
عليه فينهشوه فنظرهم الثعلب فقال لهم
اما لو انه كان حيا لرايتم مخاليبه
كاحد من انيابكم و اطول *
هذا معناه
الذين يشتمون بقوم قد ماتوا ولا
يقدرون الجواب على انفسهم *

C A N E S & V U L P E S.

Canes aliquando invenerunt pellem Leo-

nis, eamque arrodere cœperunt; quod videns Vulpes, dixit eis: At si ille vivus esset videretis ungulas ejus, sicuti unum ex dentibus vestris, & longiores.

Hoc significat

Eos, qui detrahunt ei qui jam vita excessit, neque se potest defendere.

كلب و ارنب

كلب مرة طرد ارنبا فلما ادركه قبض عليه و اقبل يعضه بانيابه فاذا الدم قد جرى لحسه بلسانه فقال الارنب اراك تعضنى كانى عدوك ثم تبوسنى كانك صديقى *

هذا معناه

من يكون فى قلبه غش و دغل و يظهر اشفاقا و محبة *

Canis & Lepus.

Canis aliquando insequutus est Leporem, quem ut est assequutus, prehendit

eum, & mordere cœpit dentibus suis; cumque sanguis emanaret, lambit eum lingua sua, dixitque Lepus: Video te mordentem me, ac si ego hostis tuus essem: deinde oscularis me, ac si tu amicus meus esses.

Hoc significat

Eum, in cujus corde est dolus & fraus, ostenditque benevolentiam & amorem.

البطن و الرجلان

البطن و الرجلان تخاصموا فيما بينهم ايهم يحمل الجسم قالت الرجلان نحن بقوتنا نحمل الجسم قال الجوف ان انا لم اغذ من الطعام شيء فلا كنتما تستطيعان المشي فضلا تحملان شيء *

هذا معناه

من يتولى امرا فان لم يعضده الذي هو ارفع منه و اشد منه فما له قدرة على خدمته ولا منفعة لروحه *

VENTER & PEDES.

Venter & Pedes contenderunt inter se quis ferret corpus. Dixerunt Pedes: Nos robore nostro ferimus corpus. At Venter ait: Si nihil ego cibo alerem; non possetis vos ire, nedum ferre quidquam.

Hoc ſignificat

Eum, qui negotium aliquod suscipit, nisi adjuvetur ab eo, qui ipso major & potentior est, non posse perficere ministerium suum, & frustra esse.

NOTÆ.

Contenderunt inter se] *Arabicè*. Contenderunt de eo quod inter se erat: *phraſi uſitata & eleganti*.

Frustra esse] *ad verbum*. Non esse utilitatem spiritui [*ſeu* animæ] ejus,

النموس و الدجاج

بلغ النموس ان الدجاج قد مرضوا
فلبسوا جلود الطاوس و اتوا يزورهم فقالوا
لهم السلام عليكم ايها الدجاج كيف

انتم و كيف احوالكم فاجابوا ما نحن .
لا بخير يوم لا نري وجوهكم *
هذا معناه
مــن يظهر المحبـة رياء و ـــفي قلبه
الدغـــــــــل *

F U R O N E S & G A L L I N Æ.

Intellexerunt Furones ægrotare Gallinas; indutaque pelle pavonis venerunt eas visitatum: dixeruntque ijs: Pax vobis sit o Gallinæ; quomodo valetis? Responderunt: Bene nobis est, cum non videmus facies vestras.

Hoc significat

Eum, qui per hypocrisin ostendit amorem, in corde autem suo [gerit] dolum & odium.

N O T Æ.

Furones غـوس *plurale est, a singulari* غمس *quod significat animal quoddam Gallinis inimicum, in Oriente frequens, Auctori Glossarii* Raphelengiani Furo, *quod mi-*

hi nomen visum fuit retinere. Mustapha Ben Achmed *in Lexico suo ait &* دلق *Arabice vocari & Turcice* سكسار *capiteque & ore canino esse, crine caprino, oculis fulvis, corpore cœruleo, &c.*

Quomodo valetis] *ad verbum* quomodo vos & status vestri.

Bene nobis est.] *Arabicè*. Nos in bono sumus.

الشمس و الريح

الشمس و الريح تخاصما فيما بينهما من منهما يقدر ان يجرد الانسان الثياب فاشتد الريح بالهبوب و عصفة جدا فكان الانسان اذا اشتدت هبوب الريح ضم ثيابه اليه و التف بها من كل جانب و ارتفع النهار واشتد الحر فخلع الانسان ثيابه و حملها على كتفه من شدة الحر *

هذا معناه

من كان معه الاتضاع و حسن

الخلق ينال من صاحبه ما يريده *

Sol & Ventus.

Sol & Ventus contenderunt inter se, uter eorum posset efficere ut homo exueret vestes suas. Intenditque se vehementer Ventus impetu & tempestate. Homo autem, cum intenderetur vis Venti, collegit ad se vestes suas, involvitque se iis ab omni latere. Cumque ortus esset dies, & intenderetur calor, exuit homo vestes suas tulitque eas super humero suo præ vehementia caloris.

Hoc ſignificat

Eum, quicum est humilitas & naturæ bonitas consequi a socio suo quod vult.

ديكان

ديكان يقاتلوا في قارورة تغلب
الواحد و الاخر مضى من وقته في بعض
الاماكن فاما الديك الذى غلب صعد
فوق سطح عال و جعل يصفق بجناحيه

و يصيح و يفتخر فنظره يعيط الجوارح
فانقض عليه و اختطفه لوقته *
هذا معناه
ان لا يجب الانسان ان يفتخر بقوته *

Duo Galli.

Duobus Gallis in vase pugnantibus alter vicit; & alter illico in locum quendam secessit: at Gallus, qui vicit, ascendit supra tectum altum, cœpitque complodere alas suas & clamare ac gloriari; viditque eum vultur, qui celerrime in eum irruit, eumque statim rapuit.

Hoc significat

Quod non oportet hominem gloriari virtute sua, & roboris vehementia.

NOTÆ.

Vultur] *hoc certe animal puto significari vocibus* يعيط الجوارح, *quanquam de scriptura nonnihil dubito forte legendum* من بعيد eminus: *ut solum* جوارح *sit animalis nomen*.

ذياب

ذياب اصابوا جلود بقر في جورة ماء
تسيل وليس عندهم احد فاتفقوا على
اكلهم جميع و تواامروا انهم يشربون الماء
كله حتى يصلوا للجلود و ياكلوهم فمن
كثرة ما شربوا انفلقوا اكلهم و ماتوا
و لم يصلوا الى الجلود *

هذا معناه

من هو قليل الراى يعمل ما لا
يجب عمله *

Lupi.

Lupi invenerunt pelles boum in fovea aquæ fluentis, nec quisquam iis aderat: & unanimiter statuerunt eas edere; decreveruntque omnem aquam ebibere, ut attingerent pelles, easque devorarent: præ multitudine autem ejus quod biberunt, crepavit venter eorum, & mortui sunt, neque pervenerunt ad pelles.

Hoc significat

Eum, qui consilio non valet, facere id quod fieri non oportet.

NOTÆ.

Crepavit venter eorum] *Arabicè*. Rupti sunt stomachum, *seu* quoad stomachum: *puto enim*, اكل stomachum *significare hoc loco*.

الوز و الخطاف

الوز و الخطاف اشتركوا فى المعيشة
فكان مرعي الجميع في مكان واحد
و رأنا يوما تــوهم الصيادين فاما الخطاف
فلاجل خفته طــار وسلم و امـــا الوز
فادركوه الصيادون فذبحوه *

هذا معناه

من يعاشر مــن لا يشاكله وليس
هو ابن جنسه *

Anser & Hirundo.

Anser, & Hirundo societatem inierunt vitæ: erantque pascua utriusque in loco uno. Visis autem aliquando insidiis venatorum, Hirundo propter levitatem suam avolavit, & evasit: at Anserem ceperunt venatores, & occiderunt.

Hoc significat

Eum, qui amicitiam init cum eo, quocum non convenit, neque ejusdem est generis.

NOTÆ.

Utriusque] *proprie* universitatis *seu* omnium, *frequenter enim hæc vox etiam de duobus usurpatur*.


Ejusdem generis] *Arabicè*, qui non est filius generis ejus.

Finis Fabularum.

LEXICON

ARABICO - LATINUM

FABULARUM LOCMANI.



LEXICON

ARABICO-LATINUM.

ا

أَبٌ *vide* أَبُوْ .

I. أَبَدَ *fut.* I. constitit, substitit, perennavit.

أَبَدٌ Ævum, sempiternitas, Tempus fine carens; *uti* أَزَلٌ quod caret principio.

إِبْنٌ Filius. *Sed est a* بَنَى.

أَبُوْ *cujus loco* أَبٌ Pater. *assumitque in fine literarum* و *in casu Nom.*, *in Giarro* ي, *in Nasbo* ا. *Sæpe pro* ذو usurpatur.

I. أَتَى *Fut.* I. Venit, advenit, pervenit.

I. أَثَرَ *Fut.* O. Rem rei subjunxit, insti-

tuit, & cepit facere.

أَثَرٌ Signum, vestigium.

أَجْلٌ & أَجْلُ Causa, gratia.

أَحَدٌ *id quod* وَاحِدٌ Unus, aliquis, quisquã.

أَخٌ *vide* أَخُو.

I. أَخَذَ. *Fut.* O. cepit *juxta omnes ejus significationes* : *nempe* accepit, assumpsit &c. *Item* corripuit, invasit. *ccar*, & *c* على *p*.

I. أَخَرَ Posterior fuit. *Conj.* III. آخَرَ postposuit, distulit, rejecit.

آخَرُ Alter, alius.

أُخْرَةٌ Posterior, postrema, Posterius, postremum, extremum, novissimum. Ex-

tremitas جاء أخرة Venit ultimo, in fine, tandem.

أخو *cujus loco* أخ Frater germanus, & qui fraterno amore junctus, Socius. Amicus. *In regimine vel cum affixo assumit in casu Rafo* و *in Giarro* ي, *in Nasbo* ا *cum homogeneis vocalibus, uti* أب Pater.

أدم *pro* آدم Adam, homo, & *pro homine frequentius dicitur* ابن أدم.

إذ *quasi* إذا, Ecce: *Item* Equidem. *Occurrit*, & *pro causali*. Siquidem, propterea quod, *etiam* Cum *præt. temp.* uti إذا est futuri.

إذا Cum *Temp. futuri uti* إذ *Præt. Item* إذا *id quod* إذ Ecce. & Siquidẽ, equidẽ.

أَرْضٌ *Gen. fæm.* Tellus, terra, solum, regio.

أَسَدٌ Leo. *Plu.* أُسْدٌ *pro* أُسُدٌ.

I. أَسَرَ *Fut.* I. Constrinxit, colligavit, firmavitque; creavit, condidit.

أُسَرٌ *Plu.* τῦ *sing.* أُسْرَةٌ Agnati, proximi.

I. أَكَلَ *Fut.* O. Edit, comedit, corrosit.

أَكْلٌ Comestio, exesio, corrosio. *Locm.* Venter.

أَلْ *Particula inseparabilis: nempe Articulus omnis gen. num. & casus, quo nomina* ex *indefinitis fiunt definita, atque restringuntur.*

أَلَا An non.

أَلَّا *pro* لَا أَنْ Ne.

إلّا *pro* إنْ لا Si non, sin minus, & Nisi, præterquam, *ac* Nequidem.

التي *vide* لتي.

الذي *vide* لذي.

I. الهَ Adoravit.

إلَهٌ *Idem quod proxime ſequens, & eodem effertur modo, nempe Ilahon* Deus.

اللّهُ *pro* الإلهُ Deus Optimus, Maximus, *ſitque peculiari ſua forma nomen proprium reſpondens* τῷ Iehova; ا *radicali coaleſcente* cum ا *articulari*: *Eapropter hoc idem* ا *ſubinde expers eſt unionis*: ut يا اللّهُ O Deus.

الي Ad, usque, versus. *Temporis*, & *loci*. *Item* erga, apud, una cum.

الى أن Donec, quoad.

الى ما Usque dum.

I. أم *pro* أمم Mater fuit.

أم *pro quo* أم Mater.

أما *ex* أ An & ما non. An non? *at citra compositionem est particula affirmativa, plerumque post se habet similem* ان *vel ante se præfixam* ف Equidem, profecto, procul dubio.

أمّا Quidem, at, autem.

I. أمر *Fut.* O. Mandavit, jussit *unde* أمير Imperator, Princeps, Dux, *vel* Præ-

fectus. VI. decrevit *Loc.*

أَمْرٌ *Act.* Mandatum, edictum, *quod quis tractat* negotium, res.

أَمْرَأَةٌ Mulier. *Sed est a* مَرَأ.

أَنْ Ut, quod, *sive cum futuro, sive cum præter. vel particula. Inservit notando latinorum infinitivo. Item* Ecce. *Post juramentum negat*: ut بالله أن فعلت Per Deum non feci.

أَنْ لَا *& conjunctim* أَلَّا Ut non, ne.

إِلَى أَنْ Donec, usquedum.

لَمَّا أَنْ Posteaquam.

إِنْ Si, siquando, siquidem. *Subinde negat, aliquando vacat, & tum sequitur* لَ.

حَيْثُ أَنْ Ubi, eo loco quo.

لَئِنْ Quod si, utique si.

وَإِنْ Etsi, quamvis.

أَلْآنَ Nunc, hoc tempore.

I. أَنَّ *Fut.* I. Gemuit, fudit, effudit.

أَنَّهُ & أَنَّ Quod, quia, quoniam.

كَأَنَّهُ & كَأَنَّ Quasi, ac si, perinde ac.

لِأَنَّهُ & لِأَنَّ Quoniam, propterea quod.

مَا أَنَّ Quoad, donec, quamdiu.

فَأَنَّهُ & أَنَّهُ *Item* فَأَنَّ & أَنَّ Utique, equidem. Maxime, ita, etiam.

فَأَنَّ & وَأَنَّ Namque. *Prius quoque est* Sed.

أَنَّ *id quod* أَنَّمَا Tantummodo, dumtaxat.

أَنَا *Com. Gen.* Ego أَنَّا & أَنَّنَا Utique nos,

& *fimpliciter* Nos.

أَنْتَ *Mafc.* *Fæm.* أَنْتِ Tu أَنْتُمْ *Plur. Maf.* Vos.

I. أَنِسَ *Fut.* A. Consuevit, assuevit, & familiariter usus fuit, sociatus est. *Unde*

أَنَسٌ Turba hominum.

أُنَاسٌ *pro* نَاسٌ *Plur. feq.* اِنْسَانٌ homines quidam.

اِنْسَانٌ *Com. gen.* homo, vir, & fœmina.

I. أَهِلَ Familiaris fuit, consuevit.

أَهْلٌ Populus, homines.

أَيٌّ Quicumque, quisquis, qualiscumque, & quisnam? quæ? quod?

أَيَا *Particula vocativa propinqui*, & *longinqui* O. Heus.

I. أَيَضَ *pro quo* آضَ *Fut.* I. Reversus est, denuo fuit, *vel* fecit, iteravit.

أَيْضٌ *Act. præc. hinc* أَيْضًا Item, denuo, & adhuc, etiam, quoque.

أَيُّهَا *Particula vocandi* O.

أَيِّلٌ *etiam* أُيَّلٌ & آيِلٌ Cervus, caper sylvester.

ب

ب *Et nonnunquam* بِ In, *notat instrumentum*, *valet* cum, per, propter. *Est jurandi particula* : *ut* بِاللّه Per Deum. *Præfigitur nominativo pleonasticè*, & con-

ſtrutioni verborum peculiariter inſervit ut مرّبي Præteriit me.

بوس *Fut.* O. strenuus, & audax fuit.

بأس Strenuitas, fortitudo, *i. q.* شدّة vehementia, adverſitas, malum.

بحر Mare, *ac* flumen magnum, *oppoſitum* بر terra.

I. بدر *Fut.* O. Properavit, festinavit, accurrit. III. *id quod conj.* I.

مبادرة Festinatio.

برّ Terra, continens *oppoſ.* بحر Mare.

برّي Agrestis, sylvaticus.

I. برد limavit, lima rasit *ferrum*.

مِبْرَد Lima.

I. بَرَكَ *Fut.* O. firma fuit, constititque res. II benedictionem precatus fuit. III. benedixit, & *paſſ.* benedictus fuit.

مُبَارَكٌ Benedictus, felix.

بَسْنٌ Inceſſus, qui diſtentis fit paſſibus, curſui ſimilis.

بُسْتَانٌ Hortus.

بُسْتَانِيٌّ Hortulanus.

I. بَضَعَ Amputavit partem *rei*. IV. In ſortem lucro exponendam conſtituit *aliquid*.

بِضَاعَةٌ Pars opum, quæ impenditur in mercatura, lucroque exponitur. Sors.

I. بَطَنَ *Fut.* O. Ventrem, *ſeu* in ventre percussit *aliquem*.

بَطْنٌ Venter.

I. بَعُدَ Distitit, longius abfuit. V. *idem*.

بَعْدَ Post. *Adver. temporis*, *pro quo* & من بعد *dicitur*.

بَعِيدٌ Distans, dissitus, longe remotus.

I. بَعُضَ Noxam, molestiamque passus fuit a culicibus. II. Partitus fuit, divisit in partes *cca*. V. divisus fuit in partes.

بَعْضٌ *Plu.* أَبْعَاضٌ Pars *rei*. Quidam: *omnis gen.* & *numeri*, *ſed ſubſtantive ponitur* & *ccg*.

بَعُوضَةٌ *Nom. Unit.* Culex.

I. بَقَرَ *Fut.* A. Fidit, dilatavit.

بَقَرٌ *Coll, Plu.* بُقُورٌ Boves.

I. بَقَلَ *Fut.* O. Apparuit, prodiit, olera produxit, herbescere cœpit *terra*.

بَقْلٌ *Coll.* herba ex semine nata, olus.

بَلْ Sed, at vero, quin.

I. بَلَعَ *Fut.* A. Deglutivit, inglutivit.

I. بَلَغَ *Fut.* O. pervenit, contigit terminum propositum *cca*.

I. بَلَا Exploravit, tentavit.

بَلَاءٌ Experimentum, tentamen, & ærumna, aflictio: *ut qua homines* probantur.

I. بَنَا *Fut,* I. Struxit, condidit.

بَنُونَ Filii & obl. بَنِى . Filius vero اِبْنٌ & بْنٌ.

I. بَهِجَ Fut. A. Exhilaravit. Cum Kefra mediæ hilaris fuit, exultavit. VIII. exultavit.

II. بَهَّمَ Ablactavit, a matre separavit agnos, hædosve.

بَهْمَةٌ Com. gen. Agnus.

بَهِيمَةٌ Animal brutum, bestia, pecul. Quadrupes. Item pullus ovinus, caprinus, bovinus.

I. بَهَا Fut. O. I. & بَهِىَ Venustate, decore, ornatu nituit.

I. بَابَ Fut. O. Janitor fuit.

بَابٌ Porta, janua. Item caput libri.

I. بَاسَ Fut. O. Osculatus fuit.

I. بَافَ Fut. O. Contigit, accidit, incidit.

I. بَاتَ Fut. I. & A. Pernoctavit, noctu fuit, (*vel ſimpliciter*) commoratus fuit, substitit.

بَيْتٌ Domus, Palatium, Arx.

I. بَاضَ Fut. I. Superavit albedine. Ova excrevit *avis*.

بَيْضَةٌ *Plu.* بَيْضٌ Ovum.

بَيَاضَةٌ & بَيَاضٌ Albedo, candor.

I. بَاعَ Fut. I. Vendidit, *etiam* emit, *atque ita in genere* contraxit.

I. بَانَ Fut. I. & O. Excelluit, præstitit. *Item* distitit *res a re*.

بَيْنَ Inter, in medio, بَيْنَ يَدَيْهِ inter manus ejus, coram illo.



ت

I. تَبِعَ *Fut.* A. sequutus, insequutus, sectatus fuit.

I. تَرَكَ *Fut.* O. Reliquit, missum fecit, sivit, reliquum fecit.

I. تَعِبَ Lassus, & defatigatus fuit, labore, molestiaque gravatus fuit, maleque habuit. IV. *Tranſ. præc.*

أَتْضَعَ *pro* أَنْتَضَعَ Dedecore, *ſeu* probro publicè affectus fuit.

أَتِّضَاعٌ Humilitas *Locm.*

ذالك τῷ *fœm.* تَلْكَ *& minus rectè* تِلْكَ

Illa, ista.

تَمِدٌ Lenitas.

IV. أَتَارَ Repetivit sæpius, vice post vicem.

تِيرٌ Vices *contractè pro* تِيَارٌ *plur.* τῷ تَارَةٌ

Vicis. *Adverbialiter* pluribus vicibus, frequenter, aliquoties.

تَيْسٌ Hircus, *scil.* mas in genere caprarum, & dorcadum, *sic* & عنز Capra *de dorcade dicitur*.





I. ثَبَتَ Constitit, stabilis, fixus, costansve fuit.

ثَعْلَبٌ Vulpes. *Fœm. seu Com. & cum* ة *fœm.*

I. ثَقَلَ *Fut.* O. Gravitatem, *&* pondus exploravit, gravem fecit pondere. *cum Damma mediæ* ponderosus fuit, & onere, ac molestia gravis fuit *cc* على.

ثِقْلٌ *Act.* Gravitas.

I. ثَلَجَ *Fut.* O. ninxit.

ثَلْجٌ *Plur.* ثُلُوجٌ Nix.

ثُمَّ Tum, deinde.

I. ثَمَرَ Fructus habuit, tulitque *arbor*.

ثَمَرٌ *Coll. Plur.* ثِمَارٌ *hinc Plur.* ثُمُرٌ fructus.

I. ثَنَى *Fut.* I. Duplicavit.

اثْنَانِ & *in casu obliquo* اثْنَيْنِ duo, *fæm.* اثْنَتَانِ.

ثَوْبٌ *Plur.* ثِيَابٌ Vestis, vestimentum.

I. ثَارَ *Fut.* O Elatus fuit, assilivit, impetum fecit.

ثَوْرٌ Taurus.

ثَوْرَانِ & *in casu obliquo* ثَوْرَيْنِ Duo Tauri.



ج

I. جَبَّ Exsecuit, resecuit.

جُبٌّ Puteus, isque profundus.

I. جَبَلَ Formavit, creavit. IV. abiit ad

montem, montana petiit.

جَبَلٌ Mons.

I. جَدَّ *Fut.* I. Magnus fuit dignitate, *item* divitiis.

جِدًّا Valde.

I. جَرِبَ Scabiosus fuit. II. expertus fuit, probavit.

جَرْبٌ *Act.* Experientia.

I. جَرَحَ Vulneravit.

جَوَارِحُ *Plur.* τῦ جَارِحَةٌ *sed plerumque in Plurali usurpatur* Animalia rapacia *cum* feræ, *tum* volucres.

I. جَرَدَ Avulsit, detraxit, locustas come-

ج

dit. II. exuit, nudavit.

جَرَادٌ *Coll. com. gen.* Locusta.

جُرَذُونٌ Sorex, glis, *genus murium scilicet campestrium Gol.* Stellio *Erp.*

I. جَزَرَ *Fut. O.* Amputavit, resecuit.

جُرْزَةٌ Fasciculus fœni, *aut* similis rei.

I. جَرَى *Fut. I. Act.* جَرْيٌ Fluxit, cucurrit, processit.

I. جَسَرَ *Fut. O.* Ausus fuit.

I. جَسُمَ Magno corpore fuit.

جِسْمٌ Corpus.

I. جَعَلَ Posuit, fecit, instituit, cœpitque facere.

I. جَلَدَ Percussit in cute, excoriavit *camelum*.

جِلْدٌ *Plur.* جُلُودٌ Cutis, pellis, corium.

I. جَلَسَ Sedit, consedit, discubuit.

I. جَمَعَ Collegit, congregavit, continuit, conjunxit. VIII. Congregatus fuit, convenit eodem loco; in eadem sententia fuit.

جَمِيعٌ Collectus, congregatus, & *in genere* omnis, cunctus, *seu* universitas.

جَمِيعًا *Adver.* Simul.

I. جَمُلَ Pulcher, elegansque, & decens, ae decorus fuit.

جَمِيلٌ Pulcher, elegans, decorus.

جملة *Plur.* جمل Summa, aggregatum rerum. Omnis, *seu potius* Universitas.

I. جنب Fregit *eum* in latere, *seu* latus suum.

جانب & جنب Latus.

I. جنح *Fut.* A. Cito incessit. *Cum mediæ Kesra* percussit in ala *volucrem*.

جناح *Pl.fr.* Ala.

I. جنس Maturuit *dactylus*. II. Homogeneum fecit.

جنس *Plur.* أجناس & جنوس Genus, *etiam* stirps, species, modus.

I. جهل Nescius fuit, ignoravit, insipiens fuit.

جَهْل Ignorantia, stultitia, insipientia.

I. جَابَ Secuit. III. Responderunt. IV. Responsum reddidit cc ل r, *tum etiam* annuit, concessit, morem gessit.

جَوَابٌ Responsum.

I. جَادَ *Fut.* O. Bonus, & egregius fuit. II. Bonum, egregiumque fecit.

I. جَارَ *Fut.* O. Deflexit, & exorbitavit *a via*. Effodit *Gigg.* III. Vicinus fuit, vicinitatem inivit, servavitque, consortium iniit *cca*.

جُورَةٌ Fovea *Locm.*

I. جَاعَ *Fut.* O. Esurivit, fame, *ac* inedia laboravit.

جُوعٌ Fames.

I. جَافَ *Fut.* O. Intus, & in cavitatem penetravit, concavus fuit.

جَوْف Planities terræ, *item* venter, & interior cavitas *ejus*.

جَاءَ *Fut.* I. *Act.* جَيْء, جِيَاءَة, مَجِيء pro مَجِيء Venit, advenit.

ح

I. حَبَّ *Fut.* I. Amavit, dilexit.

مُحِبّ Amatus, & *fœm.* ة Amor.

حَتَّى Usque, donec.

I. حَجَّ Contendit *aliquo*. Diu adversatus fuit, dissensitque, & cum alio habuit litem. VIII. causæ probationem attulit, causamque dixit.

I. حَدَّ *Fut.* O. Terminavit, limitavit, definivit.

حَدٌّ *Act.* Terminus, limes.

حَدَّادٌ Faber ferrarius.

I. حَرَّ *Fut.* I. Caluit, ferbuit.

حَرٌّ *Act.* Calor.

I. حَرَبَ *Fut.* O. Bellum gessit, pugnavit. III. *Idem*.

I. حَزِنَ Tristis fuit.

حُزْنٌ Tristitia, dolor.

I. حَسَبَ *Fut.* O. Computavit, reputavit, suffecit.

حَسْبٌ *Act.* res sufficiens بِحَسْبِ secun

dum, juxta. على حسب pro ratione.

I. حَسُنَ Bonus, pulcher, elegans fuit. II. Talem fecit, & existimavit *rem* IV. Bonum fecit, benefecit *cc* ب *p. vel cc* الى *p.*

حُسْنٌ Pulcritudo, bonitas.

حَسَنٌ Pulcher, elegans, bonus.

I. حَشَّ *Fut.* O. resecuit *herbam*, *fœnumve.*

حَشِيشٌ *Plur.* حشايش herba *pec.* siccior fœnum.

I. حَصَلَ Superfuit.

Q. حَوْصَلَ Implevit ingluviem *avis*.

حَوْصَلَةٌ *Et cum* ّ Ingluvies *avis*.

I. حَطَّ Demisit, *sive* dejecit, *vel* deposuit

rem intranſ., descendit.

I. حَطَبَ *Fut.* I. Lignatus fuit, collegit ligna.

حَطَبٌ *Plur.* أَحْطَابٌ ligna, materia foci.

I. حَقَّ *Fut.* I. Necessarius, dignus, & idoneus fuit. X. Dignus, & meritus est. *Hinc* مستحقى qui dignus est.

I. حقر Contempsit. حَقُرَ contemptibilis fuit. VIII. contemptibilem censuit, vilis, ac contemptus fuit.

حِقْرٌ & حَقِيرٌ contemptus *vilis*.

I. حَكَمَ *Fut.* O. Potestatem, & imperium exercuit, judicavit. *Item* novit, scivit, sapiens, doctus *ſpec.* Philosophus, *ſeu* Medicus fuit.

حَكِيمٌ *Plur.* حُكَمَاءُ Sapiens, doctus, sciens

ح

I. حَلَا *Fut.* O. Dulcis, & suavis fuit.

حُلْوٌ *Et fœm.* ة Dulcis.

I. حَمَّ *Fut.* O. Calefecit, fervefecit *aquam* X. lavit se in aqua calida, balneo, vel thermis, & *in genere* lavit corpus.

حَمَامٌ *Com. gen. Coll.* Torquata avis, *spec.* Columba, palumbes, turtur.

حَمَامَةٌ Columba una.

I. حَمَلَ *Fut.* I. Portavit, sublatumque gestavit *onus*. *Intrans*. Prægnans fuit *fœmina*.

حِمْلٌ Onus quodcumque.

حَامِلٌ *Et cum* ة Utero prægnans.

I. حَاطَ *Fut.* O. Custodivit. II. obivit, muro cinxit. IV. cinxit. circumdedit.

حَائِطٌ *Plur.* حِيطَانٌ Paries, murus, septum.

I. حَالَ Transivit *pecul.* *annus*, VIII. Technam struxit, machinatus fuit.

حَالٌ *Plur.* أَحْوَالٌ Status, dispositio, modus, tempus præsens فِي الْحَالِ confestim.

حَوْلَ Circum.

مُحَالَةٌ Machinatio, dolus, لا مُحَالَةَ procul dubio, necessario.

I. حَامَ *Fut.* O. Obivit, rem circumlatus fuit *uti volatu avis*.

حَيْثُ & حَيْثَ Ubi, ubicumque, & quocumque loci *iveris ibo*.



خ

I. خَبَرَ *Fut.* O. scivit, cognovit, rescivit.

خَبِيرٌ Sciens, gnarus, solers, peritus.

خَبَزَ Pinsuit, coxit *panem*, cibavit pane.

I. خُبْزٌ Panis.

I. خَدَعَ *Fut.* A Decepit, fefellit.

I. خَدَمَ *Fut.* O. Inservivit, ministravit, coluit *terram*.

خِدْمَةٌ Ministerium, opus.

مَخْدُومٌ Cui inservitur, ager qui colitur.

I. خَرَجَ *Fut.* O. Exivit, prodiit *etiam* hostili animo *contra alium cc* على.

I. خَرَفَ *Fut.* O. Decerpsit, collegitve de arbore *fructus*.

خَرُوفٌ *Plur.* خِرْفَانٌ & أَخْرِفَةٌ Agnus.

I. خَصَمَ *Fut.* I. Vicit, *seu potius* studuit vincere *spec.* litigando, litigavit, *seu* lite aggressus fuit. VI. Altercati sunt inter sese.

I. خَطِئَ *Fut.* A. Peccavit, deliquit crimine.

خَطِيئَةٌ & خَطِيَّةٌ *Plur.* خَطَايَا & خَطَايِئُ

Peccatum *i. e.* delictum, crimen.

I. خَطِفَ & خَطَفَ *Fut.* I. Abripuit, raptavit. VIII. *idem*.

خُطَّافٌ Hirundo.

I. خَفَّ *Fut.* I. Levis fuit pondere, cito incessit. II. Levem fecit.

خِفَّةٌ Levitas.

I. خَفَا *Fut.* I. & O. occultavit, celavit.

خَفِيٌّ Occultus, clandestinus.

I. خَلَبَ *Fut.* I. & O. Vulneravit *unguibus*, *iisque* diripuit, discerpsit.

مِخْلَبٌ *Plur.* مَخَالِبُ Aduncus unguis rapacis avis, *vel* feræ.

I. خَلَصَ *Fut* O. Liber fuit, salvus evasit. II. Liberavit, salvavit *a malo*.

خَالِصٌ Purus, putus, merus.

I. خَلَعَ *Fut.* A. Extraxit, exuit *vestem*, *calceos*.

I. خَلَفَ Venit post *alium*. III. Adversatus fuit, contradixit.

خلف Quod post, *vel* ponè est, post veniens, succedens.

خلف Quod contrarium est, repugnansve promissioni, *vel concitatæ expectationi*.

I. خَلَقَ *Fut.* O. Formavit, creavit, finxit, effinxit.

خُلْق & خُلُق Natura, indoles.

I. خَلَا *Fut.* O. Vacuus, & desertus fuit *locus*. Abfuit, recessit, abstinuit cc من *vel* عن. V. Recessit, abstinuit.

I. خَنِزَ *Fut.* A. Fœtuit.

خِنْزِير *Plur.* خَنَازِير *Fœm.* ة & خَنَازِير Porcus, aper.

خِنَّوص Nefrens, porcellus.

I. خَنَقَ Strangulavit.

I. خَافَ *Fut.* A. Metuit.

خَوْفٌ *Act.* Metus, timor.

I. خَارَ *Fut.* I. Bene habuit. *Item* præstitit *aliis* cc على.

خَيْرٌ *Contr.* τῷ شرير Bonus *vir*. *Item* bonum, quod bene habet.

أَخْيَرُ Melior, optimus.

I. خَالَ *Fut.* A. Imaginatus fuit.

خَيَالٌ Species, imago.

د

I. دَبَرَ Pone fuit, præteriit, elapsus fuit *dies*. II. Disposuit, instituit, rexit,

moderatus fuit *rem pec.* respiciens finem. V. Meditatus fuit *rei* finem, & cum attentione egit *quid*.

I. دَجَّ *Fut.* I. Leniter incessit.

دَجَاجَةٌ, دِجَاجَةٌ, دُجَاجَةٌ Gallina, & gallus.

دَجَاجٌ *Coll.* Gallinæ, & *pl. præc.* دَجَاجَةٌ

I. دَخَلَ *Fut.* O. 1. intravit *domum cca vel c* الى 2. provenit, rediit. 3 corrupit. 4. dolo decepit. 5. macrum, *ac* mente captum reddidit.

دُخُولٌ *Act. signif.* 1.

I. دَرَكَ Compr ehendit, assequutus fuit.

I. دَرَا *Fut.* I. Scivit.

I. دَعَا *Ultima* و *fut.* O. & *pro eo ulti-*

ma دَعَا vocavit, *scil.* appellavit, clamavit, advocavit, provocavit, دعا لنفسه sibi arrogavit. *Item* male precatus, *seu* imprecatus fuit.

I. دَغَلَ Dubitavit *de* eo, suspicatus fuit.

دَغَلٌ Vitium, corruptio, depravatio *rei*, dolus.

I. دَفَعَ *Fut.* A. Trusit, pepulit, dedit, tradidit.

دَفْعَةٌ Vicis una.

دُفْعَةٌ *Plur.* دُفَعٌ Fluxus unus, isque vehementior *pluviæ*, *similisve rei*.

I. دَقَّ *Fut.* I. Subtilis, minutus fuit *pulvis*, gracilis *tibia* fuit.

دِقَّةٌ Subtilitas, gracilitas.

I. دَكَّنَ *Fut.* O. Imposuit *supellectilem* aliam alii.

دُكَّانٌ *Perf.* Officina.

دَلَقٌ *Perf.* دله Mustela fœnaria, *vulgo* Fonina.

دَمٌ *in proximè fequen.* دمى.

I. دَمِىَ *pro* دَمَوَ *Fut.* A. sanguinem de se emisit.

دَمٌ & دَمًا *pro* دَمَوٌ *aliis pro* دَمَــــىٌ *vel vel* دَمْىٌ Sanguis, vita.

I. دَنَا Accessit, appropinquavit, sequior, viliorque fuit.

دُنْيَا *Fœm. plur.* دُنًى Mundus, & bona mundana, *ex propinquitate, & præfentia, aliis a vilitate, & caducitate ita dicuntur.*

I. دَهَرَ Incidit, supervenit *iis negotium*, *fortuna*, *malum*.

دَهْرٌ & دُهُورٌ Tempus *pec.* longum, sæculum, mille anni, *quin* perpetuitas, finis, extremum.

